Sequitur tercia pars libelli.
De tempore festo videlicet Sexta feria Sabbato et
Sancto Sexta feria est reuerenda quia eodem die deus
ostendit nobis maioris caritatis signa Joh' maiorem
caritatem nemo habet ut a. s. p. q. s. pater mactauit
et occidit filium propter nos paulus proprio filio suo non pepercit
deus pater. Quo quod tu percussisti zach' percutiam pasto-
rem ipsa percussisti eum propter scelus populi mei et si pater
mactauit filium ergo et filius et spiritus sanctus obtulit et
mactauit quia opera trinitatis sunt indiuisa ergo sic
maiorem caritatem exhibuit et sic nos equum
magne caritatis signa exhibemus tenemur exhibere
quia secundum ingratitudo est ventus urens exsiccans
fontem pietatis. Secundo quia eodem die infernum fregit.
Tercio quia eodem die antiquos patres omnes secum in anima
glauit. Quarto quia eodem die signa superius et
inferius exhibuit quia sol est obscuratus aer ob-
tenebratus petre scisse terra quassata monumenta
aperta multi de morte suscitati et velum templi
scissum et altare aureum in templo manifestatum Et
ideo qui tunc ex dei amore ieiunat totum christi
sanguine vulnera et morte honorat et ideo sicut
rex miles dominus super seruos dignificatur sic hoc
ieiunium super omnia aliorum ieiunia sublimatur et que
fidelis hoc ieiunium perficit impossibile est ipsum dampna-
ri quia omnis sanguinis gutta tanquam liquor et omnia
dei vulnera velut ora nunc et in morte pro eo interpel-
labunt et mortis amaritudo ipsum ab eterna dampnatione
liberabit eius quia infernum destruet et in infernum pa-
radysi deducet. Eodem die tu fidelis anima ploa

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1058/0445
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG